



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De morte Commodo , & de regno Seueri imperatoris sub quibus illustres  
viri martyrizati sunt. Cap. .I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## HAYMO DE CHRISTIA.

Iennitatem Paschę celebremus. Vnde quia finito verteri & typico nouum Pascha Christus instituit, & p̄ esu agni typici tradidit immaculati sui corporis & sanguinis mysterium, recte sicut agnum typicum non sumimus, sic iam figuram negligimus, cum rem teneamus. Itaque & illam xiiij. diei obseruantiam cum Iudaeis non facimus, sed die resurrectionis domini nouum potius nostrum Pascha celebramus. Quia cum Pascha transitus interpretetur, & nostrum transitum vel de vitiis ad virtutem, vel de morte ad vitam significat, recte & vere transitus noster, qui à passione domini incipit, cum dominus resurgit perficitur, & ideo tunc potius Pascha celebramus. Nihil enim nobis Christum mori profuit, nisi & resurgere profuisse. Sunt & aliæ forsan patrum rationes, quas diligens & studiosus lector alicubi poterit reperire. Sed iam ad narrationis ordinem reuertentes, pensemus hic aliquantulum, ut postmodum recreati sex-tum volumen expediamus.

SODA HAYMONIS,  
EPISCOPI HALBERSTADTENSIS liber VI,  
Caput .I.

RERVM MEMO. LIB. VI.



Gitur Cōmodo imperatore tredecim annis functo imperio, & Aelio Pertinace post eum solis sex mensibus, Seuerus suscepit principatum. Sed & Victore pa-pa x. annis episcopatu functo, Zephyrinus suscepit sacerdotiū.

Exstante tempore plurimi ecclesiastici viri & stylo illustres. Heraclitus, qui in Apostolū commentatus est, & Maximus, quide famosissimā omnium hæreti cor& questione differuit, sed & Cādicus in hexameron, idem de principio Genesis scripsit, Appius quoq;. Hi cum quibusdam aliis hæreses ortas suis temporibus confurant, & maxime hæresim Pauli Samosateni, habentis autoritatem à quodam Artemone, dicentis: purum hominem & absq; deo fuisse saluatorem, & mentientis id ipsum ab apostolis antiquitus fuisse traditum. Interea Seuero quoq; aduersus ecclesiam sœuiente, martyres multi efficiuntur, præcipue tamen apud Alexandriam. Quo ex omni Aegypto ac Thebaide, velut in quoddam stadium pietatis, athletæ ducebantur. In quibus & Leonides pater Origenis, pro fine Christi capite plexus est, qui teneræ adhuc ætatis supradictum puerum dereliquit.

H A Y M O.

Cap. II.

**H**Viis scilicet Origenis vitā & actus & dogma-ta, si quis vult plenius nosse, legat Eusebium, de quo hæc transferimus. Qui de eo tanta & talia scribit, quanta & qualia non est dignum huic cō-

D ij